Nider, Johannes: Sermones de tempore et de sanctis cum quadragesimali
[Reutlingen: Michael Greyff], [ca. 1480] Seite 281



dilexit· Verbali nos instruendo Mathei·xiij· Qui habet aures audiendi audiat· Precordiali Joh·xv· Maiorem caritatē nemo habet· q̄ vt animam suaȝ ponat quis p amicis suis Reali· nobis omnia bona dando· Jaco·j· Om̄e datum optimū· ⁊ om̄e donū pfectum desursum est· descendens a patre luminū· Est ergo· Secundo sensus cū te sic dilexerim· quo modo tam temerarie ausus es· tibi vsurpare nomen xp̄ianitatis qui nō habes vestem nupcialem caritatis· dicitur etiaȝ triplici de causa vestis nupcialis L Primo q2 xp̄c· vt dictum est partim in suis nupcijs eam ꝯtexuit in cruce· vbi sibi ecclesiaȝ p sanguinem suū vniuit· Sc̄do q2 sine hac nullus nupcias patrie intrabit· Tercio q2 in magnis nupcijs in die iudicij anime decore apparebūt· vn̄ Apoc·xvj· beatus qui custodit vestimenta sua· ne nudus ambulet· et videant homines turpitudinem suā Tercio ponitur seuera punitio ibi· tūc dixit rex ministris id est angelis· qui sunt executores diuine iusticie

L Et triplex pena ponit᷑ hic· Prima in vinculis ibi ligatis manibus· ne resistere quouis modo possint· et pedibus ne fugere queant· Itē post morteȝ nec poterint affectū bonum habere· nec opus qd intelligitur per ligatas manus· ⁊ pedes ligatos· nec ad salutem reuerti possunt· Sc̄da pena est tenebre· locus nanqȝ inferni est obscurus· taliter vt solū penarum diuersitas et psonaꝝ quedaȝ intueri possit· Hic aūt peccatores habuerunt tenebras interiores· quas secum ducēt· Tercio ibi est pena flagelloꝝ· ibi erit fletus ex vehemētia ardoris· ⁊ stridor dentiū ex vehemētia frigoris Job·xxiiij· Ad calorem nimium transibit ab aquis niuium· Et sic sunt pticulares pene hic ānumerate septē scilicet in manibus pedibus· interiorib⁹ tenebris· et exteriorib⁹ ac stridore ⁊ fletu· Septimo ē tortura ministroꝝ M Tercio principaliter concludit᷑ de p̄destinatis ⁊ p̄scitis· generalis et formidāda sententia· Multi em̄ sunt vocati p fidē ad nupcias· sed pauci electi ad beatitudinē· Rabanus· Tanto vnusquisqȝ vestrū in humilitatē se deprimat quanto si sit electus ignorat· Nam multi bona incipiūt· sed in bonis nō pseuerant Alij vero econtra· tanto solicicius sibi metuūt· quanto ignorant que restant· Hoc figuratur in filijs israel qui in magno numero· d egipto educti sunt· et tn̄ tantū duo de eisdem terram promissionis intrauerunt

## Dominica·xxj·

Erat quidā regulus cuius fili⁹ infirmabat᷑ capharnaum· Jo·iiij· Tria principaliter de p̄nti euangelio tradentur· primo qualis debeat esse i rectorib⁹ nobilitas ibi· Erat quidā regul⁹· sc̄do quotduplex in filio hōis esse possit febrilis infirmitas ibi cui⁹ filius infirmabatur· tercio que sit tot febrium origo et causalitas ibi Capharnaum qd interpretatur ager vel villa pinguedinis A Quantum ad primū notandum q in regulo fuerunt tria ꝯmendabilia que eē debent hodie in rectorib⁹ et consulibus ciuitatū· et in iudicibus imo in nobilibus et magnatib⁹ Primū fuit ꝯditionis nobilitas· Sc̄dm fide icredulitas· Terciū recte dn̄ationis potestas· nobilitas in hoc ꝯmendatur

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-500/0280
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG